



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.65. Concilium Coloniense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul XIII. xandro IV. accitus Romam, sacroque palatio præfectus S. Joannis Evangelium ac Epistolas canonicas explicavit. In disputationibus contra Guilielmum de Sancto Amore magnam habuit partem. Tandem cum plures dignitates a Papa sibi oblatas renuisset, Episcopatum Ratisbonensem adeptus, vestem, non vivendi modum mutavit, saepe de rebus divinis dicens ad populum, omnesque officii sui functiones ita peragens, ut sua prosequi studia suosque libros componere haud omitteret.

§. LXV.

Concilium Colonense.

*to. XI conc.
p. 781.*

Hoc anno 1260 plura concilia celebabantur. Conradus Archiepiscopus Colonensis provinciam suam jussu Papæ recognoscens multa ibi vitia exemplum malum præbentia deprehendit: & Coloniam reversus ibidem concilium provinciale habuit, in quo disciplinæ causa quatuordecim canones pro Clero, & viginti octo pro monachis 12 Martii 1260 promulgari jussit. Notatu digniores habet Concubinos publicos judicamus Clericos non tantum eos, qui domi suæ concubinas tenent, sed & illos, qui eas alibi habitantes suis sumptibus alunt, & sustentant. Quos in recognitione nostra ut tales

e.I.

les notavimus, ii cessabunt in posterum Sæcul XIII.
a malo commercio suo, & in poenam vi- A.C. 1260.
tæ præteritæ carcerem canonicum intra-
bunt, ibi secundum disciplinam hactenus
observatam victuri! Pro reditibus suis
tam male impensis Ecclesiæ satisfacient:
liberis ex libidine sua natis testamento
nihil relinquunt, nec eorum nuptiis inter-
erunt!

Clerici mercaturam non facient, a-
lioqui easdem carceris, ac restitutionis
poenas subituri. Legere saltem canere-
que scient. Canonicorum Ecclesiæ, quæ
dormitoria non habent, communibus im-
pensis aliqua construi curabunt: & Ca-
nonici Ecclesiarum, quæ jam habent ali-
qua, ibi dormient, ut olim factum. Can-
tabunt cunctas vigilias pro mortuis fun-
dorum largitoribus, quamvis denarios
non legaverint in choro præsentibus di-
stribuendos: deinde suum intrabunt se-
naculum, seu locum capituli, ubi marty-
rologium, necrologium & canones legen-
tur. Sacerdotes sacrum facturi suppa-
rum lineum sub alba gerent, ne sua toga
sacram hanc vestem proxime contingat.
Canonici haud sæpe comedent dormient-
ve extra ecclesiarum suarum ambitum:
quem vocamus claustrum. Panem ca-
nonicum in natura ex communi pistriño
accipient, non annonam ad vendendum.
Immitatis suæ spatum inuris circum-

c. 2.

c. 7.

c. 11.

c. 14.

U 4 datum,

Sæcul. XIII datum, claustrisque validis munitum habebunt.
A.C. 1260.

Sanctiones pro monachis indicio sunt,
c. 4. 19. disciplinæ remissionem inter eos fuisse
c. 6. 3. 11. magnam. Quidam incontinentiae nota
c. 9. 16. laborabant; verberabant mutuo; rem
c. 13. 15. propriam habebant saltem permissu Præ-
c. 20. fulis. Exibant crebro, & interdum ante primam, vel post completorium, ut vo-
cant: aliqui sub hospitalitatis specie pri-
vatim comedebant. Abbates Benedi-
c. 2. etini quotannis ad festum S. Crucis exal-
tatæ diem Coloniam venire jubentur ibi
comitia celebraturi. Monachi Abbatii
vel Priori suo sacras confessiones suas fe-
cisse videntur.

§. LXVI.

Concilium Conacense & alia.

Petrus Roncevallensis Archiepiscopus
to. XI. conc. Burdigalensis, qui nuper Geraldo suc-
p. 799. cesserat, hoc anno 1260 Conaci concilium provinciale habuit, in quo 19 con-
stitutiones fecit. Nemo profanus vigilet in templis ac coemeteriis, ne facinora probrofa & violenta ibi, ut hactenus, per-
petrentur, & illorum reconciliatione sit opus. Ergo populus tunc officiis nocturnis aderat. Festo Sanctorum Innocentium die nulla in templis saltatio fiat:
c. 1. c. 2. nec ibi creentur Episcopi in Pontificiæ dignita-